

# FLORA.

Nº 8.

Regensburg. 28. Februar. 1846.

Inhalt: Krauss, Pflanzen des Cap- und Natal-Landes. Fortsetzung. (Gramineae). — Fürnrohr, über eine besondere Wucherung der faulen Kartoffeln. — Kirschleger, Essai historique de la Tératologie végétale. — Botanische Abbildungen.

KLEINERE MITTHEILUNGEN. Verhandlungen der Gesellschaft naturforschender Freunde zu Berlin.

Pflanzen des Cap- und Natal-Landes, gesammelt und zusammengestellt von Dr. FERDINAND KRAUSS.

(Fortsetzung.)

## Gramineae Juss.

### Trib. Paniceae.

71. *Panicum numidianum* Lam. — Inter frutices prope fluv. Koega, (Uitenhage), April.

54. *P. numid.* Lam. var. *vaginis hirsutis*. — In sylvar. umbros., Zitzikamma, Mart.

52. *P. serratum* R. Br. == *P. scopuliferum* Trin. — Prope fl. Kromme, Uitenhage, Mart.

183. *P. maximum* Jacq. — In collibus prope fluv. Umlaas, Natal, Dec.

n. sp. 58. 188. *P. natalense* Hochst. Radix perennis caespitosa, culmus erectus pedalis vel sesquipedalis glaber, vaginae striatae et folia culmum subaequantia (vel breviora) convoluto-setacea rigida glaberrima; panicula capillaris, ovato-lanceolata, spiculamaea vel brevior, ramis alternis, ramulis pedicellisque flexuosis glabris; spiculae subrotundo-ovatae acutae, mediocres (vix lineales), glaberrimae; glumae parum inaequales, inferior spicula paulo brevior ovata quinquenervis, superior spiculam aequans valde concava 5—7-nervis, flosculus inferior masculus bivalvis diander, valvula inferior glumae superiori similis 5—7-nervis, superior pellucida binervis, flosculus hermaproditus acutus candidus laevis. — Ad sylvarum margines prope fl. Umlaas, Natal, Dec.

Ad *P. Dregeanum* N. a E. (Illustr. Fl. Africæ austr. I. p. 42) prope accedit, sed recedit vaginis, foliis nodisque omnino glabris, panicula laxiori et gluma inferiori constanter quinquenervi. (H.)

130. *P. Lindenbergianum* Nees. — In sylvarum umbrosis prope fl. Umgani, Natal, Nov.

50. *P. (Digitaria) Rotteri* Kunth. (commutatum *N. a E.*) — In graminosis, Zitzikamma, Mart.

47. *P. (Digitaria) sanguinale* L. Ibidem.

51. *P. (Setaria) intermedium* Roth. (Kunth). — In solo argillaceo arenoso, Zitzikamma, Mart.

73 b. *P. (Setaria) dasyurum* N. a E. — Inter frutices prope Uitenhage.\*)

83. *Oplismenus Crus Galli* Kunth. — In locis humidis, Zitzikamma, Mart.

n. sp. 91. *O. (Orthopogon) capensis* Hochst. Culmus repens ramosus, vaginae ad oras hirsutae, folia lanceolata pilosiuscula, ad marginem serraturis minutissimis scaberrima, spicae terminales solitariae, rhachis simplex glabriuscula 5—6-nodis, spiculae glabrae, infima et summa solitariae, caeterae geminae, glumae et valvula flosculi masculi vel neutrius quinquenerves, sub apice bifido aristatae, arista glumae inferioris spiculam triplo superans, superioris fere aequans, valvulae brevissima. — Ad rivulos sylv. prope fl. Knysna, (George), Jan.

Ad *Oplismenum loliaceum* R. et S. et *africanum* Beauv. accedit, ab illo spicis solitariis (non racemosis), ab hoc spiculis geminis aliisque notis differt. (H.)

55. *Bluffia Eckloniana* Nees. — In graminosis prope Natalbai.

68. *Stenotaphrum glabrum* Trin. (*Rottboellia dimidiata* L.) — In arenosis planitiei capensis, Nov.

204. *Paspalum dissectus* L. — In graminosis planitiei inter fl. Umlaas et Natalbai, Dec.

147. *P. diss. var. pilosus*. — In paludosis ad fluv. Umlaas, Natal, Nov.

382. *Tricholaena rosea* var. *alba* Nees. — Ad radices montium Tafelberge, Natal, Augusto.

75. *Lappago occidentalis* Nees. — In sol. argillaceo prope fl. Koega, (Uitenhage), April. (Thonschiefer.)

67. *Gymnothrix caudata* Schrad. — In uliginosis planitiei capensis prope Royal Observatory, Nov.

97. *G. purpurascens* Schrad. — Ad rivulos lateris borealis mont. Duyvelsberg, Jul.

#### Trib. *Andropogoneae.*

*Spodiopogon arcuatus* Nees. (Illustr. Fl. Afr. austr. I. 97.) — Prope Umlaas R. Natal, Oct.

\*) Huic speciei proxime accedit *Setaria aurea* Hochst. (in pll. exsiccatis Un. itin. Abyssinicus nr. 409. — Flora 1841. T. I. p. 276.), unde factum est, ut in schedulis scriptis plantarum Kraussianarum hoc nomine insignita sit. Satis tamen inter se differunt.

77. 98. *Andropogon hirtus* L. — Ad radices mont. Tafelberg, Duyvelsberg et Tigerberg, Julio, Augusto, et in distr. Zwellendam et Uitenhage.

163. *A. eucomus* Nees (in schedulis scriptis: *Eriopodium Kraussii* Hochst.) \*) — In graminosis inter Umlaas R. et Natalbai, Decembri.

65. 66. *A. appendiculatus* Nees. — Ad radicem mont. Vansaden, (Uitenhage), Mart.

29. *A. punctatus* Roxb. — In graminosis ad radicem mont. Tafelberge, Natal, Dec.

n. sp. 28. *A. (Heteropogon) filipendulus* Hochst. Culmus ramosus et folia anguste linearia, complicata, glaberrima; spicae geminae (aristis inter se contortis specie simplices) paniculatae, pedunculi filiformes e vaginis pauci vel plurimi, supra medium bractea linearis-subulata vaginaeformi instructi, inde tenuissime curvati vel penduli; spicae tenues conjugatae, aristorum duarum vel trium torsione in unam quasi coalitae; spica singula bi- vel trinodis, superior pedicello brevi tenuissimo suffulta; spiculae glabriuscule, masculorum glumae inferiores in setam elongatae, foemineae gluma inferior truncato-bidentata 7-nervis, valvulae arista longissima, bisgeniculata, parte inferiori ferrugineo-hirsuta; illa rhacheos pars, cui spiculae hemigamo-foemineae insident, cum pedicellis adstantium masculorum albido-barbata. — In graminosis per totam terram natalensem, Dec., Jan.

164. *A. (Heteropogon) β. pilosus* (in schedulis scriptis *Heteropogon natalensis* Hochst.) — In graminosis prope Natalbai, Novembri lectus.

Ab α non differt nisi pedunculis superne (infra spicas) valde pilosis et glumis spicularum eximie hirsutis (etiam sub nr. 28. exemplaria vidi glumis hirsutis).

Huic *Heteropogonis* speciei novae inflorescentia *Cymbopogonis* est, sed spicularum par infimum masculum et sequentium diffimum constructio omnino generis illius. Spicae geminas jam in *Heteropogone filifolio* N. a E. occurunt.

78. 79. 80. *A. (Cymbopogon) Iwarancusa* Blanc (N. a. E.) — In Tafelbergskloof, Bavianskloof et in Zitzikamma, Mart. — Sept.

\*) *Anatheri* species est, sed propter plures species aristatas nomen ineptum (a defectu aristae derivatum) mutare et in ejus vicem *Eriopodium* substituere in animo erat. Speciei tunc indescriptae cognomen *Kraussii* addidi, sed inde ab hoc tempore Flora Africanaustralioris Illustrationes a Neesio nostro scriptae in lucem prodierunt, ubi hoc gramen novum inter *Andropogones* sub nomine supra allegato descriptum inveni. *Anatheri* species sane *Andropogoni* associari possunt; attamen sectionem distinctam constituant habitu et lana longissima partium inflorescentiae statim dignoscendam, unde pari jure ac aliae sectiones generis vastissimi, e. gr. *Heteropogon*, *Spodiopogon*, *Cymbopogon*, *Trachypogon* proprium genus efficere merentur. (H.)

n. sp. 26. A. (*Cymbopogon*) *excavatus* Hochst. Culmus simplex tripedalis laevis, folia culmo breviora in acumen setiforme attenuata glaberrima, vaginae sulcato-striatae, ligula obtusa brevis; spicae geminae *pluriflora*e (5—6-nodes) fasciculato paniculatae bracteatae, paniculam 3—5 pollices longam contractam formantes, rachis albido-hirsuta, spiculae glabrae, gluma spiculae fertilis inferior quadridinervis (rarius trinervis), nervis omnibus versus basin abruptis, utrinque ad nervos exteiiores superne alata, marginibus vero inflexis, superior carinato-convexa uninervis vel subtrinervis (nervis lateralibus vix conspicuis), nervo carinali superne costato (alato) versus basin evanido; valvula floris fertilis inferior aristata, arista flosculo quadruplo longior, ab insertione usque ad partem medium geniculata nigro fusca et torta, inde scabriuscula tenuissima pallida; spiculae pedicellatae, pedicellus bifarium dense pilosus, apice dilatato *profunde excavatus*, spicula in cavitatis parte superiori ope squamulae brevissimae lateraliter affixa, ejus gluma inferior acuta novemnervia, superior trinervis, flosculus univalvis masculus. — In graminosis per totam terr. natalens. Dec. Gramen vulgatissimum et fere unicum in planicie inter m. Boshmannsrand et m. Quath-lamba. Alt. 2—4000'.

Species inter priorem et sequentem intermedia, sed ab utraque certissime diversa. Magnitudine et habitu priori simillima, sed folia versus basin paulo latiora et ligula brevior ad oram vaginae minus producta, rhacheos villositas parcior et brevior, gluma spiculae fertilis inferior nonnisi quadridinervis, nervis omnibus versus basin abruptis (in A. Iwarancusa nervi plerumque 5—6, extimis usque ad basin productis), pedicellus spiculae masculae apice profunde cavus, spicula ipsa basi ad latus glumae superioris squamula vel appendiculo minimo stipitiformi in cavitate pedicelli lateraliter affixa, quod appendiculum nec in A. Iwarancusa nec in sequente specie conspicitur. A sequente specie, quae orgyalis et arundinacea, foliis latioribus, firmioribus longioribusque et ligula magna ovata instructa est, praeterea panicula minus composita breviori aliisque notis differt, glumis tamen prope accedit.

87. A. (*Cymbopogon*) *nardooides* N. a E. (in schedulis scriptis: A. *quadridinervis* Hochst. n. sp.) \*) → Gramen aromaticum et vulgare in locis humidis per tot. terram natalens., Jan.

\*) In exemplaribus Kraussianis glumam spiculae fertilis inferiorem semper quadridinervem vel trinervem video, quam Neesius diagnosis binervem dicit (vide Illustr. Flora Afric. austr. I. p. 116); sed caetera omnia tam exacte congruunt, ut de identitate dubitare non possim, Neesio ipso in descriptione speciei uberiori (pag. 117 operis citati) quandoque uervulos binos intermedios tenuissimos accedere affirmante. *Andropogon pachnodes* Trin. nec non A. *Martini* Wight Cat. ex auctoritate Neesii synonyma sunt.

In plantis Dregeanis video exemplar A. *nardooides* Nees. b inscriptum; quod cum A. *excavato* meo (specie antecedente) omnino con-

Sl. *Anthistiria ciliata* Retz.  $\alpha.$  *hispida* Thunb. — In graminosis Zitzikamma, Uitenhage, Febr.

99. *A. ciliata* Retz.  $\beta.$  *imberbis* Nees. — Ad lat m. Tafelberg et Duyvelsberg, Julio.

64. *Erianthus capensis* N. a E. — Ad ripas Kromme Rivier et ad rivulos radicum m. Winterhoek, Mart. Aprili.

159. *E. Ecklonii* N. a E. (in schedulis scriptis *E. pungens* Hochst. n. sp.? an *Ecklonii* Nees var.?) — Inter arundines ad fluvium Umlaas, Natal, Dec.

Parum inter se differunt hae duae species, nec tertia ex Africa australi, quam habeo exsiccatam (*Sorghum* N. a E.), multum reddit, ut facile omnes in unam speciem confluere credas. *Erianthus Ecklonii intermedia* est inter duas reliquias.

260. *Imperata Thunbergii* Nees. — Ad rivulos prope P. Mauritzburg, Natal, Sept.

184. *Sorghum halepense* Pers. — In collibus prope fluvium Umlaas, Natal, Dec.

n. gen. 92. *Psilopogon*<sup>\*)</sup> *capensis* Hochst. (*Eulalia capensis* Hochst. *mnscpt.*) Character generis: Spiculae geminae, conformes, altera pedicellata, utraque uniflora fertilis, flosculo utriusque bivalvi hermaphrodito (vel rectius forsitan: utraque spicula biflora, flosculo utroque univalvi, inferiori neutro, superiori hermaphrodito). Calyx biglumis, gluma inferior 6-nervis, lanceolata, acuminata, apice subbidentata, medio obtuse canaliculata, marginibus inflexa, superior subaequalis, paulo angustior, acuminatissima, carinato - convexa, subtrinervis; palea floculi inferior linearis - lanceolata hyalina, unnnervis, apice integra vel brevissime bifida, nervo in aristam tenuissimam vix vel non tortam spicula multo longiorem excurrente; palea superior (ni est floculus neuter) hyalina enervis; stamina duo, stylus profunde bifidus stigmatibus penicillato-plumosis; lodiculae duae cuneatae, apice emarginatae.

Descriptio speciei: Culmi graciles adscendentes, plerumque

venit. Si recte inscripta (Neesius vere in opere citato varietatem  $\beta.$  minorem a Dregeno in Africa australi lectam ad *A. nardoideum* suum citat), haec varietas Neesiana amovenda et cum priori specie conjungenda, quam specifice differre a planta Kraussiana nr. 87. certissime persuasum habeo. (H)

\*) *Psilopogon* nomen prius gramine Abyssinico dedi (vide *Psilopogon Schimperi* in schedulis pll. Un. itin. exsicc. ex itinere Abyssinico nr. 96.), quod postea ad *Lucaeum Kunth* (Pleuroplitis Trin.) pertinere cognovi et *Lucaeum Schimperi* appellavi. Intermixta tamen suit huic gramine Abyssinico alterius generis species nova simillimi habitus indeque per errorem sub eodem numero et nomine edita, quam *Bathratheri* speciem esse generis celeberrimus auctor ipse certiorem me fecit et cui *Bathratherum Schimperi* N. a E. nomen et numerus 96.b. inter plantas Schimperi Abyssinicas sit. Haec duo gramine Abyssinica, quorum characteres et differentias alio loco exponam, cum gramine capensi supra descripto, quamvis habitu simili gaudeant, non commiscenda nec ejusdem generis habenda esse moneo.

ultra pedales, inferne repentes, nodi barbati, vaginae arctae, ad oras villosae, folia 1— $\frac{1}{2}$  pollicaria, lanceolata, acuminata, glabriuscula, ad marginem scabra; spicae in summitate culmi geminae vel ternae, articulatae, gracillimae, pallide virides; rhachis, pedicelli et glumae inferioris nervi extimi seabriosuli, spiculae omnes basi circulo villorum cinctae, caeterum extus glabrae, gluma superior intus ad margines superne villoso-pubescent; paleae arista tenuissima subflexuosa pallida, spiculam longitudine subtripla superans.

— Ad rivulos sylvarum, Knysna, Jan.

Generis charactere proxime accedit ad *Eulalia* Kunth, a qua non recedit nisi spicularum teneritate, glumarum glabritie, palea inferiori integra vel brevissime bifida, arista vix torta tenuissima, staminum numero et lodicularum praesentia. Habitu proxime accedit ad *Bathratheri* N. a E. species vel *Lucaeum* Kunth. Si has differentias minoris aestimes, hoc gramen *Eulaliae* adscribas, uti in manuscripto prius feci. (Hochst.)

#### Trib. *Rottboelliaceae*.

14. *Lodicularia capensis* Trin. — Ad fluv. Umlaas, Natal, Decembri.

#### Trib. *Stipeae*.

*Stipa capensis* Thunb. — In sylvar. umbrosis, Zitzikamma, Martio.

*Aristida capensis* Thunb. — In sol. granitaceo m. Canonberg prope fl. Erste, Stellenbosch, Nov.

*Lasiagrostis elongata* Nees. — In graminosis prope fl. Umlaas, Natal, et in umbrosis sylvar. Knysna, Jan.

#### Trib. *Agrostae*.

*Agrostis Bergiana* Trin. — In locis humidis prope Melkhoutkraal, (Knysna), Jan.

67. *Sporobolus virginicus* Kunth. — In arenosis dunarum circa Natalbai, Jan.

7. *S. capensis* Beauv. — Ad sylv. margines prope fl. Umlaas, Natal, Dec., et prope fl. Kromme, Uitenhage, Mart.

212. *S. subtilis* Kunth. — In graminosis planitiei inter fluv. Umlaas et Natalbai, Dec. — Novam Sporoboli speciem capensem, quam habeo a Barone de Ludwig et Dregeno lectam, vide in nota.\*)

\*) *Sporobolus Ludwigii* Hochst. Rhizoma graminis pumili crassum reptans, vaginarum vestigiis dense vestitum (vel si culmi pars infima, quae rhizomatis nomine insignitur, terrae minus immersa est et radiculas non gignit, tamen illi appressa et tunc foliis distichis homomallis, scilicet omnibus sursum spectantibus, brevibus densissime tectus). Rami steriles ex rhizomate vel ima culmi parte assurgentibus brevissimi, densissime disticho-foliosi, florens plerumque solitarius, adscendens, basi pariter

### Trib. *Chlorideae.*

*Chloris petraea* Thunb. (*Eustachys petraea* Desv.) — In solo calcareo, Zoetendalsvalley, Dec.

*Dactyloctenium aristatum* Link. — In sylvis Zitzikamma, Mart.

*Diplachne capensis* Nees. — In uliginosis planitiei capensis, Nov., et ad ripas fl. Koega, (Uitenhage), Aprili.

*Cynodon Dactylon* Pers. — In graminosis in Zitzikamma, Mart.

445. *Harpechloa capensis* Kunth. — In graminosis prope Pieter Mauritzburg, Natal, Sept., Alt. 1—2000'.

### Trib. *Hordeaceae.*

*Triticum distichum* Thunb. — In dunis prope litus, Struysbai, Zwellendam, Dec.

foliis indutus, in culmum digitalem vel spithameum bifolium simplicem et paniculam brevem patentem terminatus. Foliorum infimorum vaginae laeviusculae, culmeorum striatae, omnium lamina e basi lata ovato-lanceolata vel in superioribus lanceolata brevissima multistriata plana, margine cartilagineo cincta, obtusiuscula. Culmus, ubi vaginam supremam plerumque lamina destitutam excedit, usque ad paniculam sulcato - vel angolato - striatus. Panicula sicut tota planta (exceptis foliorum marginibus apicem versus plerumque scabris) glaberrima, rami infimi verticillati (4—5), superiores bini vel solitarii, omnes basi callosi, a medio fere in ramulos florigeros divisi: spiculae 2/3 lineas longae, oblongo-lanceolatae, gluma inferior spicula quadruplo brevior, ovata, obtusa, enervis, pallida, superior spiculam fere aequans, oblongo-lanceolata, uninervis, violacea, subacuta, flosculi valvula inferior ovato - vel lanceolato - oblonga, pallide violacea, uninervis vel subtrinervis, plerumque obtusa vel obtusissima (rarius subacuta), superior latitudine, longitudine et colore fere aequalis, obtusissima vel subemarginata, binervis.

Gramen sub nomine *Sporoboli brevifolii* a Dregeno inter plantas exsiccatas capenses, quas vendidit, editum (saltim illa exemplaria, quae mihi misit) hoc pertinet, nec ad verum *Sporobolum brevifolium* Nees (tenellum Kunth — Ehrhardta tenella Spr.), quem sub nomine *Vilvae brevifoliae* in Linnaea VII. p. 294 accuratissime descriptis celeberrimus auctor et in Illustr. Florae Afr. austr. I. p. 160 et 161 repetivit descriptionem addita tamen p. 161 animadversione, specimina ad flumen Zondagsrivier a cl. Dregeno lecta differre gluma superiori flosculum fere aequante, spiculis magis ovalibus . . . . — unde patet haec specimina Dregiana, quae auctor ante oculos habuit, cum meis Dregeanis omnino convenire, sed differentias a planta genuina Neesio levioris momenti visas esse. Evidem *Sporoboli brevifolii N. a E.* genuini specimen ante oculos habeo, cum descriptione Neesiana accuratissime congruum a Barone de Ludwig communicatum nec non specimen aliud Ludwigianum Sporoboli supra descripti, quam Ludwigio dedicavi, cum exemplaribus Dregeanis perfectissime congruum, et ex comparatione video species duas quamquam statura et habitu simillimas, tamen notis constantibus et optimis certissime diversas. *Sporobolus Ludwigii* differt a *brevifolio* non solum foliis omnino non conduplicatis, multo minus obtusis (fere subacutis), ad basin latioribus et fere duplum striarum numerum referentibus, sed etiam culmo evidenter sulcato-striato vel angulato (in altera specie estriato tereti), paniculae ramis infinitis verticillatis et glumis maxime inaequalibus, superiori flosculum aequante aut vix breviori, aliisque notis. (Hochst.)

*Brachypodium flexum* N. a E. (sylvaticum R. et S.?) — In solo argillaceo-arenoso, Zitzikamma, Mart.

Trib. *Avenaceae*.

82. *Tristachya leucothrix* Nees. — Ad latera m. Tafelberg et Duyvelsberg, Julio.

n. sp. 366. *T. monocephala* Hochst. (Tr. leucothrix var. monocephala, si magis placet.) Culmus spithameus erectus nodis barbatis, in capitulum tristachyum solitarium terminatus, folia angustissima convoluta brevia (etiam radicalia culmo multoties breviora), vaginæ pilosæ; spiculae plane ejusdem constructionis, formæ, coloris et pilositatis ac in specie antecedenti, solummodo paullisper minores, aristæ tamen longiores. Forsan mera prioris varietas, sed culmo in exemplaribus omnibus loco infra indicato lectis monocephalo valde insignis. (H.) — In summitate montium Tafelberge, prope Pieter Mauritzburg, Natal, Sept.

*Pentameris macrantha* Nees. — In colonia capensi.

? 89 b. *P. stricta* Nees. — In solo argillaceo prope fl. Breede, Zwellerdam, Dec.

*P. Thouarsii* P. Beauv. (*Danthonia speciosa* Lehm. ? in schedulis.) — Ad lat. montium prope Genadenthal, Dec. 1839.

95. *Danthonia lanata* Schrad. — In planitie capensi prope Constantiam, Sept.

100. *D. trichotoma* Nees. Illustr. Fl. Afr. austr. p. 318. (*Pentameris Thouarsii* in schedulis scriptis.) — In lapidosis prope Uitershoek, (Cap), Sept.

74. *D. curva* N. a E. (Illustr. Fl. Afr. austr. I. p. 328.) \*) *B. culmo glumisque viridibus* (*Danthonia Kraussii* Hochst. in schedulis scriptis.)

Annotatio. Opus Neesianum citatum, in quo haec species primum descripta est, nondum publici juris factum erat eo tempore, quo plantæ Kraussianæ a me determinatae sunt. — Ad radicem m. Winterhoek, Uitenhage, Majo.

\*) Haec species *Danthoniae* aequa ac *D. lanata* ad divisionem vel subgenus *Himantochaete* Nees pertinet. Ejusdem divisionis *Danthoniam* nondum descriptam a Barone de Ludwig e Capite bonae spei missam hoc loco propono.

*Danthonia* (*Himantochaete*) *obtusifolia* Hochst. (*Avena rigida* Steudel? Flora 1829. p. 482.) Culmi pedales, plures ex una radice, basi sublignosi, vaginis superstitibus tecti, deinde folia disticha brevia, rigida, angulato-convoluta, obtusa, ut culmus glabra, vaginæ ore barbatae, spica brevis racemosa, spiculae biflorae, pedicellus et glumæ flosculis plus duplo longiores subaequales glaberrimæ, valvula inferior inde a basi septemnervis, pilis arrectis villosa, setæ laterales flosculo paulo longiores basi coloratae, arista triplo longior.

Species foliis obtusissimis rigidis valde insignis; sub lente acri foliorum superficies alutacea appareat, scilicet minutissime elevato-punctata, sed obtuse punctulata, non scabra, solummodo apex interdum muriculato-scaber invenitur. (Hochst.)

*Aiopsis Steudelii* Nees. — Ad latera m. Baaviaanskloof, Zwelendam, Dec.

Trib. *Festucaceae*.

60. *Lasiochloa longifolia* Kunth. — In arenosis planitiei capensis, Nov.

93. *Briza minor* L. — In vineis Constantiae, Sept.

73. *B. geniculata* Thunb. — In solo argillaceo prope Uitenhage, Aprili.

94. *B. maxima* L. — In vineis Constantiae, Sept.

72. *Melica caffrorum* Schrad. — Inter frutices prope Uitenhage, Aprili.

101. *Poa Uniolae* Schrad. — In solo argillaceo prope Constantiam, Sept.

365. *P. brizoides* L. — In graminosis per tot. terr. natalens. Sept., et prope fl. Kromme, Uitenhage, Febr.

349. *P. (Eragrostis) ciliaris* L. — Ad sylvar. margines prope fl. Umlaas, Natal, Octobr.

295. *P. (Eagr.) chalcantha* Trin. (= *racemosa* Thunb.?) — In graminosis circa Natalbai, Julio.

33. *P. (Eagr.) filiformis* Thunb. — In graminosis prope fl. Umlaas et Pieter Mauritzburg, Natal, Dec., et ad radic. m. Tafelberg, (Cap), Julio.

58. *P. (Eagr.) filiformis* Thunb. *B. minor*. — Per tot. Langenkloof, Mart.

61. *P. (Eagr.) glabrata* Nees. — In arenosis planitiei capensis, Nov.

59. *P. (Eagr.) gummiflua* Nees (Illustr. Flor. Afr. austr. I. p. 393) non *Lasiochloa laevis* Kunth, uti in schedulis scriptis per errorem insignita est. — Ad lat. mont. Winterhoek, Uitenhage, Aprili.

Trib. *Oryzeae*.

414. *Ehrhardia undulata* var. *submutica* Nees. — In graminosis dunarum prope ostium fl. Umlaas, Natal, Octobr.

102. *E. calycina* Sm. — Ad vias prope urbem, Sept.

9. *Leersia mexicana* Kunth. — In fluvio Umlaas, Natal, Dec.

Trib. *Phalarideae*.

62. *Phalaris capensis* Thunb. — In graminosis circa urbem, Novembri.

(Continuabitur.)

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1846

Band/Volume: [29](#)

Autor(en)/Author(s): Krauss Ferdinand

Artikel/Article: [Pflanzen des Cap- und Natal - Landes, gesammelt und zusammengestellt \(Fortsetzung.\) 113-121](#)